



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXII. Quando Confessio irrita, & iteranda; quando rata & non iteranda sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

duplicem habere causam. Vel enim ex opinionis errore poenitens sibi persuadet, propter peccatorum multitudinē gravitatemq; superiorem Absolutionem non satis efficacē fuisse. Hoc enim de Sacramentis sentire impium & infidelitati, aut hæresi proximum foret, & Absolutio nullius esset impedimēti.

Aut Confessionem iterant ex humilitate, & deuotione, quā ad huiusmodi Sacramentum habent, omni tali diffidentia, cæterisque impedimentis seclusis; tunc licitè, & fructuosè talis Confessio cum Absolutione, vt supra dictum est, iteratur.

Dic compendio: quando Confessio est irrita, & iteranda; quando rata, & non iteranda?

*Quæstio
XXII.*

Omnis Confessio ratione poenitentis irrita est, & iteranda.

Respōsio.

Quæ fit absque intentione suscipiendi Sacramentum.

Quæ ex intentione mutilatur extra casus à iure permisso.

Quæ caret omni dolore, ac detestatione peccati.

Quæ fit cum insufficienti dolore, cuius imperfectio à poenitente facillè cognosci potest.

Quæ fit sine iusta conscientia discussione.

Ratione Confessionarij irritatur omnis Confessio, & iteranda est:

Caput IIII. De Confessione

Si Cōfessarius careat Potestate ordinis, vel iurisdictionis.

Si non habeat voluntatem conferendi Sacramentum.

Si ipsius iurisdictionis per censuram Ecclesiasticam sit impedita.

Si Absolutionis formam non dicat.

Si Absolutionis formam corrumpat.

Si ad eum sit indoctus, ut nesciat inter lepram, & non lepram distinguere.

Si excommunicatus sit.

Ratione satisfactiōis iteranda venit Cōfessio.

Si careat voluntate satisfaciendi. Huiusmodi enim pœnitens non habet voluntatem suscipiendi Sacramentum integrè.

Veruntamen, si quis initiò statuat satisfacere; postea verò non impleat: illius Confessio non est iteranda. Sine pœnitentia enim sunt dona DEI.

Rom. 11.

POSTREMO, propter casus reseruos iteranda est Confessio. Vnde excommunicatus, si confiteatur priusquam absolutus est, illius Confessio planè irrita est.

Questio XXIII. Suntne peculiaria quedam vitia, propter quæ, suo fructu spoliatur Confessio?

Respōsio. Sunt fanè non pauca, ac PRIMO omnium Confessionem vitiat laus ex humili scilicet & diligenti Cōfessione quesita; ut si quis
ex